

§ 6.—Fructus autem fundo cohaesisse (1), non satis intelligere se Labeo ait, utrum duntaxat, qui maturi, an etiam, qui immaturi fuerint, Praetor significet; ceterum etiamsi de his senserit, qui maturi fuerint, nihilo magis (2) possessionem restitui oportere; nam quum fundus alienaretur, quod ad eum fructusque eius attineret, unam quandam rem fuisse, id est fundum, cuius omnis generis alienationem fructus sequi; nec (3) eum, qui (4) hiberno habuerit fundum centum, si sub tempus messis vindemiaeve fructus eius vendere possit decem, idcirco duas res, id est fundum centum et fructus decem, eum habere intelligendum, sed unam (5), id est fundum centum (6), sicut is quoque unam rem haberet, qui separatim solum aedium vendere possit.

§ 7.—Haec actio etiam in ipsum fraudatorem datur, licet Mela non putabat, in fraudatorem eam dandam, quia nulla actio in eum ex ante gesto post bonorum venditionem daretur, et iniquum esset, actionem dari in eum, cui bona ablata essent. Si vere (7) quaedam disperdidisset, si nulla restitutione (8) recuperari possent, nihilominus actio in eum dabitur; et Praetor non tantum (9) emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quam poenam.

§ 6.—Labeon dice, que él no entiende bien si con que estén los frutos adheridos al fundo significa el Pretor solamente los que estén maduros, ó si también los que no estuvieren maduros; mas aunque se haya referido á los que estuvieren maduros, esto no obstante, se debe restituir la posesión; porque al ser enajenado el fundo, por lo que atañe á sus frutos, no habia más que una sola cosa, esto es, el fundo, á cuya enajenación siguen los frutos de toda especie; y no se ha de entender que el que en invierno hubiere tenido el fundo por ciento, si al tiempo de la siega ó de la vendimia pudiere vender por diez sus frutos, tiene por esto dos cosas, esto es, el fundo por ciento y los frutos por diez, sino una sola, el fundo por ciento, así como tendria también una sola cosa el que por separado pudiera vender el solar de una casa.

§ 7.—Esta acción se da también contra el mismo defraudador, aunque Mela no creía que se hubiera de dar contra el defraudador, porque después de la venta de los bienes no se da contra él ninguna acción por lo hecho antes, y sería injusto que se diese acción contra aquel á quien se le hubiesen quitado los bienes. Si verdaderamente hubiese perdido algunas cosas, que no se pudiesen recuperar con ninguna restitución, esto no obstante, se dará acción contra él; y el Pretor parece que mira, respecto al que fué despojado de los bienes, no tanto al emolumento de la acción, como á la pena.

LIBER QUADRAGESIMUSTERTIUS

TIT. I

DE INTERDICTIS SIVE EXTRAORDINARIIS
ACTIONIBUS, QUAE PRO HIS COMPETUNT
[Cf. Cod. VIII. 1.]

1. ULPIANUS libro LXVII. (10) ad Edictum.— Videamus, de quibus rebus interdicta competunt. Et sciendum est, interdicta aut de divinis rebus, aut de humanis competere; (11) divinis, ut de locis sacris, vel de locis religiosis; de rebus hominum interdicta redduntur, aut de his, quae sunt alicuius, aut de his, quae nullius sunt. Quae sunt nullius, haec sunt: fiberae personae, de quibus exhibendis, ducendis interdicta competunt; quae sunt alicuius, haec sunt aut publica, aut singulorum; publica, de locis publicis, de viis, deque fluminibus publicis; quae autem singulorum sunt, aut ad universitatem pertinent, ut interdictum Quorum bonorum, aut ad singulas res, ut est interdictum Uti possidetis, de itinere actuque (12).

§ 1.—Interdictorum autem tres species sunt: exhibitoria, prohibitoria, restitutoria; sunt tamen

(1) qui fundo cohaesissent, *Vulg.*
(2) minus, *Vulg.*
(3) enim, *inserta Vulg.*
(4) tempore, *insertan Hal. Vulg.*
(5) rem habere, *inserta Hal.*
(6) et decem, *inserta Vulg.*
(7) *Taur. según corrección del código Fl.; vero, la escritura original, Br.*

LIBRO CUADRAGÉSIMO TERCERO

TÍTULO I

DE LOS INTERDICTOS, Ó DE LAS ACCIONES
EXTRAORDINARIAS, QUE COMPETEN POR ELLOS
[Véase Cód. VIII. 1.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.*— Veamos por qué cosas competen los interdictos. Y se ha de saber, que los interdictos competen ó por las cosas divinas, ó por las humanas; por las divinas, como por los lugares sagrados, ó por los lugares religiosos; por las cosas humanas se dan interdictos, ó por las que son de alguno, ó por las que no son de nadie. Las que no son de nadie son estas: las personas libres, para cuya exhibición y conducción competen interdictos; las que son de alguien son ó públicas, ó de particulares; entre las públicas, por los lugares públicos, por las vias, y por los ríos públicos; mas por las que son de particulares, ó pertenecen á una universalidad, como el interdicto *Quorum bonorum*, ó á cada cosa, como el interdicto *Uti possidetis*, sobre la servidumbre de paso y de conducción.

§ 1.—Pero son tres las especies de interdictos: exhibitorios, prohibitorios, y restitutorios; mas hay

(8) *ratione, al margen interior del código Fl.*
(9) *tam, al margen interior del código Fl.*
(10) *Taur. según el código Fl., en el que se lee sextoagesimosimoseptimo, Br.*
(11) *de, insertan acertadamente Hal. Vulg.*
(12) *privato, inserta el código citado por Geb.*

quaedam interdicta et mixta, quae et prohibitoria sunt, et exhibitoria.

§ 2.—Interdictorum quaedam in praesens, quaedam in praeteritum referuntur (1); in praesens, ut *Uti possidetis*, in praeteritum, ut de itinere actuque, de aqua aestiva.

§ 3.—Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt.

§ 4.—Interdictorum quaedam annalia sunt, quaedam perpetua.

2. PAULUS libro LXIII. ad Edictum. — Interdictorum quaedam duplicia sunt, quaedam simplicia; duplicia dicuntur, ut «*Uti possidetis*»; simplicia sunt ea, veluti exhibitoria, et restitutoria, item prohibitoria «de arboribus caedendis», et «de itinere actuque».

§ 1.—Interdicta autem competunt vel hominum causa, vel divini iuris, aut (2) de religione, sicut est: «ne quid in loco sacro fiat», vel «quod factum est, restituatur», et «de mortuo inferendo», vel «sepulcro aedificando». Hominum causa competunt, vel ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui iuris tuendi causa (3), vel officii tuendi causa, vel rei familiaris. Publicae utilitatis causa competit interdictum, «ut via publica uti (4) liceat, et flumine publico», et «ne quid fiat in via publica»; iuris sui tuendi causa, «de liberis exhibendis», item «de libertis exhibendo»; officii causa, «de homine libero exhibendo»; reliqua interdicta rei familiaris causa dantur.

§ 2.—Quaedam interdicta rei persecutionem continent, veluti «de itinere actuque privato»; nam proprietatis causam continet hoc interdictum. Sed et illa interdicta, quae de locis sacris et de religionis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. Item illa de liberis exhibendis (5), quae iuris tuendi causa diximus competere; ut non sit mirum, si, quae interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non possessionis causam habeant.

§ 3.—Haec autem interdicta, quae ad rem familiarem spectant, aut adipiscendae sunt possessionis, aut recuperandae, aut retinendae. Adipiscendae possessionis sunt interdicta, quae competunt his, qui ante non sunt nacti possessionem; sunt autem interdicta adipiscendae possessionis «*Quorum bonorum*»; Salvianum quoque interdictum, quod est de pignoribus, ex hoc genere est, et «quo in nere venditor usus est, quominus emtor utatur, vim fieri veto». Recuperandae possessionis causa proponuntur sub rubrica «*Unde vi*»; aliqua enim (6) sub hoc titulo interdicta sunt. Retinendae possessionis sunt interdicta «*Uti possidetis*». Sunt (7) interdicta, ut diximus, duplicia, tam recuperandae, quam adipiscendae possessionis.

3. ULPIANUS (8) libro LXIX. ad Edictum.—In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro.

(1) *Taur.* al margen; referuntur, en el texto.

(2) ut, erradamente *Vulg.*

(3) *Br.* considera vel sui iuris tuendi causa palabras añadidas por antiguos copistas, pero no así *Taur.*

(4) illi, inserta el código citado por *Geb.*

también algunos interdictos mixtos, los cuales son prohibitorios y exhibitorios.

§ 2.—Algunos interdictos se refieren al tiempo presente, y otros al pasado; al presente, como el *Uti possidetis*, y al pasado, como los de paso y conducción, y de agua estival.

§ 3.—Todos los interdictos, aunque parezcan concebidos como reales, son, sin embargo, por la propia fuerza personales.

§ 4.—Unos interdictos son ánuos, y otros perpetuos.

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXIII.*—Unos interdictos son dobles, y otros simples; dicense dobles, como el *Uti possidetis*; son simples, como los exhibitorios, y los restitutorios, y también los prohibitorios «sobre la corta de árboles», y «sobre las servidumbres de paso y de conducción».

§ 1.—Mas competen los interdictos ó por causa de los hombres, ó por causa de derecho divino, ó por religión, como es el de que: «no se haga alguna cosa en lugar sagrado», ó el de «que se restituya á su primer estado lo que se hizo», y el de «enterrar un muerto», ó el de «construir un sepulcro». Competen por causa de los hombres, ó por cosas pertenecientes á la pública utilidad, ó para amparar el derecho propio, ó para defender un cargo, ó cosa de la familia. Compete interdicto por causa de utilidad pública, «para que sea lícito usar de la vía pública, y de río público», y «para que no se haga alguna cosa en la vía pública»; para amparar el derecho propio, «el de exhibición de los hijos», y también «el de exhibición de un libertos»; por causa de un cargo, «el de exhibición de un hombre libre»; los demás interdictos se dan por cosa de la familia.

§ 2.—Algunos interdictos contienen la persecución de la cosa, como «el de las servidumbres privadas, de paso y de conducción»; porque este interdicto contiene la causa de la propiedad. Mas también los interdictos que se proponen respecto á lugares sagrados y religiosos comprenden en cierto modo la causa de la propiedad. Asimismo, los que sobre exhibición de los hijos, los cuales hemos dicho que competen para amparar el derecho; de suerte que no sea de admirar, que, si algunos interdictos pertenecen á cosa de la familia, contengan la causa de la propiedad, no de la posesión.

§ 3.—Mas estos interdictos, que se refieren á cosa de la familia, son ó para adquirir la posesión, ó para recobrarla, ó para retenerla. Son interdictos para adquirir la posesión los que les competen á los que antes no han adquirido la posesión; mas son interdictos para adquirir la posesión los *Quorum bonorum*; y también el interdicto Salviano, que se refiere á las prendas, es de este género, y el de «prohibo que se haga violencia para que el comprador no use de la servidumbre de paso que usó el vendedor». Los de recobrar la posesión se exponen bajo la rubrica *Unde vi*; porque algunos interdictos hay bajo este título. Son interdictos para retener la posesión los *Uti possidetis*. Hay, según hemos dicho, interdictos dobles, tanto para recobrar, como para adquirir la posesión.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXIX.*—En los interdictos se tiene cuenta de los frutos desde que se interpusieron, no desde antes.

(5) de liberis exhibendis, omitelas *Hal.*

(6) tamen, *Hal.*

(7) etiam, inserta *Hal.*

(8) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; *Ulpianus*, la escritura original, *Br.*

4. PAULUS libro LXVII. ad Edictum. — Ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo, quod ad eum, cum quo agitur, pervenit, post annum iudicium dandum, Sabinus respondit.

5. IDEM libro XIII. ad Sabinum. — Interdicta noxalia ea sunt, quae ob delictum eorum, quos in potestate habemus, dantur, veluti quum vi deiecerunt, aut vi, aut clam opus fecerunt. Sed officio iudicis continetur, ut dominum sua impensa opus restituentem absolvat; patientiam tollendo operi praestantem noxae dedere iubeat et absolvat; si non dedat, quantum impensae in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet; si neque patientiam praestet, neque ipse tollat (1), quum possit, in tantum condemnet, in quantum iudex aestimaverit, atque si ipse fecisset.

TIT. II

QUORUM BONORUM
[Cf. Cod. VIII. 2.]

1. ULPIANUS libro LXVII. ad Edictum. — Ait Praetor: QUORUM BONORUM EX EDICTO MEO ILLI POSSESSIO DATA EST, QUOD DE HIS BONIS PRO HEREDE AUT PRO POSSESSORE POSSIDES, POSSIDERESVE, SI NIHIL USUCAPTUM ESSET, QUOD QUIDEM (2) DOLO MALO FECISTI, UTI (3) DESINERES POSSIDERE, ID ILLI RESTITUAS.

§ 1.—Hoc interdictum restitutorium est, et ad universitatem bonorum, non ad singulas res pertinet; et appellatur Quorum bonorum, et est (4) adipiscendae possessionis universorum bonorum.

2. PAULUS libro XX. ad Edictum. — Interdicto Quorum bonorum debitores hereditarii non tenentur, sed tantum corporum possessores.

TIT. III

QUOD LEGATORUM
[Cf. Cod. VIII. 3.]

1. ULPIANUS libro LXVII. ad Edictum. — Hoc interdictum vulgo Quod legatorum appellatur.

§ 1.—Est autem et ipsum adipiscendae possessionis.

§ 2.—Et continet hanc causam, ut (5), quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id restituat heredi; etenim aequissimum Praetori visum est, unumquemque non sibi ipsum ius dicere occupatis legatis, sed ab herede petere. Redigit igitur ad heredes per hoc interdictum ea, quae legatorum nomine possidentur, ut perinde legatarii possint eum convenire.

§ 3.—Hoc interdictum et heredem heredis bonorumque possessoris habere, propter utilitatem huius dicendum est, nec non ceteros quoque successores.

§ 4.—Quia autem nonnunquam incertum est,

(1) opus, inserta Vulg.
(2) QUODQUE, Vulg.
(3) UT ID, Hal.

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.* — Por las mismas causas por las que son ánuos los interdictos, respondió Sabino, que se ha de dar después de un año acción por lo que fué á poder de aquél contra quién se pide.

5. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XIII.* — Son interdictos noxales los que se dan por delito de aquellos á quienes tenemos bajo potestad, por ejemplo, cuando arrojaron de la posesión con violencia, ó cuando hicieron una obra por fuerza ó clandestinamente. Mas se comprende en el cargo del juez absolver al señor que á su costa restituye á su estado anterior la obra; mandar que el que presta su consentimiento para que sea demolida la obra entregue el esclavo por la noxa, y absolverlo; condenarle, si no lo entregara, á tanto cuanto se haya gastado para demolerla; y si no prestara su consentimiento, ni él mismo la demoliere, pudiendo, condenarle á tanto cuanto el juez estimare, como si él mismo lo hubiese hecho.

TÍTULO II

DEL INTERDICTO «QUORUM BONORUM»
[Véase Cód. VIII. 2.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.* — Dice el Pretor: «De aquellos bienes, cuya posesión fué dada por virtud de mi Edicto á uno, debes restituírle lo que de los mismos bienes posees, ó poseyeres, como heredero ó como poseedor, si nada hubiese sido usucapido, y lo que con dolo malo hiciste que dejaras de poseer».

§ 1.—Este interdicto es restitutorio, y se refiere á la universalidad de los bienes, no á cada una de las cosas; se llama *Quorum bonorum*, y es para adquirir la posesión de la universalidad de los bienes.

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XX.* — Por el interdicto *Quorum bonorum* no se obligan los deudores de la herencia, sino solamente los poseedores de las cosas corpóreas.

TÍTULO III

DEL INTERDICTO «QUOD LEGATORUM»
[Véase Cód. VIII. 3.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.* — Este interdicto se llama vulgarmente *Quod legatorum*.

§ 1.—Mas el mismo es también para adquirir la posesión.

§ 2.—Y contiene esta causa, que uno le restituya al heredero lo que á título de legado ocupó sin la voluntad del heredero; porque al Pretor le pareció muy justo, que cada cual no se definiese á sí mismo el derecho habiendo ocupado los legados, sino que se los pidiera al heredero. Así, pues, vuelve á los herederos por medio de este interdicto lo que se posee á título de legado, para que del mismo modo puedan demandarle á él los legatarios.

§ 3.—Se ha de decir, que por razón de utilidad tienen este interdicto así el heredero del heredero y del poseedor de los bienes, como también los demás sucesores.

§ 4.—Mas como á veces es incierto si uno posee

(4) est, considérase añadida por antiguos copistas.
(5) Taur. según la escritura original; hoc, inserta la escritura original, Br.

utrum quis pro legato, an pro herede, vel pro possessore possideat, bellissime Arrianus scribit, hereditatis petitionem instituendam, et hoc interdictum reddendum, ut, sive quis pro herede, vel pro possessore (1), sive pro legato possideat, hoc interdictum teneatur, quemadmodum solemus facere, quoties incertum est, quae potius actio teneat; nam duas dictamus, protestati ex altera nos velle consequi, quod nos contingit.

§ 5.—Si quis ex (2) mortis causa donatione possideat, utique cessabit interdictum, quia portio legis Falcidiae apud heredem ipso iure remanet, et si corporaliter res in solidum translatae sunt.

§ 6.—Qui vero ex causa praeceptionis, utique teneatur hoc interdictum; sed pro ea scilicet parte (3), quam iure legati habet, non etiam pro ea, quam quasi iure habet. Idemque erit dicendum, et si alio genere legati uni ex heredibus legatum sit; nam et hic dicendum est, pro ea parte (4), qua heres est, cessare interdictum.

§ 7.—Quod ait Praetor: aut dolo desiit possidere, sic accipere debemus, (5) desiit facultatem habere restituendi.

§ 8.—Unde est quaesitum, si usufructus vel usus fuerit alicui relictus, eumque occupaverit, an hoc interdictum restituere sit compellendus. Movet, quod neque usufructus, neque usus possidetur; sed magis tenetur; potest tamen defendi competere interdictum. Idem dicendum est et in servitute relicta.

§ 9.—Quaesitum est, si quis legatorum servandorum causa missus sit in possessionem, an hoc interdictum teneatur ad restitutionem. Movet illud primum, quod non possidet is, qui missus est in possessionem legatorum (6) causa, sed potius custodit; deinde, quod Praetorem habet huius rei auctorem. Tutius tamen erit dicendum, hoc interdictum competere, maxime si satisdatum sit iam legatorum nomine, nec recedat (7); tunc enim etiam possidere videtur.

§ 10.—Legatorum nomine non tantum ipsum possidere dicemus (8), cui legatum est, verum heredem quoque eius, ceterosque successores.

§ 11.—Quod ait Praetor: VOLUNTATE EIUS, AD QUEM EA RES PERTINET, ita erit interpretandum, ut, si post aditam hereditatem, vel bonorum possessionem agnitam voluntas accommodata est legatario, ut possideret, interdictum cesset; quodsi ante aditam hereditatem bonorumve possessionem agnitam hoc factum est, rectius dicetur, eam voluntatem non nocere debere.

§ 12.—Si duae res legatae sint, altera ex voluntate occupata, altera non ex voluntate, eveniet, ut altera revocari possit, altera non. Idemque erit probandum et in una re, cuius pars ex voluntate, altera pars non ex voluntate occupata est; nam pars sola per interdictum auferetur.

(1) possideat, petitione hereditatis teneatur, inserta Vulg.

(2) ex, considerase añadida por antiguos copistas.

(3) Taur. según corrección del código Fl.; parti, la escritura original, Br.

(4) Taur. según corrección del código Fl.; parti, la escritura original, Br.

(5) sí, inserta Vulg.

á título de legado, ó como heredero, ó como poseedor, escribe muy discretamente Arriano, que se debe entablar la petición de la herencia, y dar este interdicto, para que, ya si uno posee como heredero ó como poseedor, ó á título de legado, esté obligado por este interdicto, como solemos hacer siempre que es incierto qué acción prevalezca preferentemente; porque interponemos las dos, protestando de que con una de ellas queremos conseguir lo que nos compete.

§ 5.—Si alguno poseyera por donación hecha por causa de muerte, dejará ciertamente de tener lugar el interdicto, porque la porción de la ley Falcidia queda de derecho en poder del heredero, aun si las cosas fueron transferidas corporalmente por completo.

§ 6.—Mas el que por causa de prelegado, está ciertamente obligado por este interdicto; pero, por supuesto, en aquella parte que tiene por derecho de legado, no también por la que tiene como heredero. Y lo mismo se habrá de decir, también si con otro género de legado se le hubiera legado á uno sólo de los herederos; porque también en este caso se ha de decir, que deja de tener lugar el interdicto en cuanto á la parte de que es heredero.

§ 7.—Lo que dice el Pretor: ó dejó de poseer con dolo malo, debemos entenderlo así, dejó de tener posibilidad de restituir.

§ 8.—Por lo cual se preguntó, si, habiéndosele dejado á uno el usufructo ó el uso, y habiendolo ocupado, habrá de ser compelido con este interdicto á restituirlo. Hace vacilar, que ni el usufructo, ni el uso es poseído; sino que más bien se detenta; mas se puede defender que compete el interdicto. Lo mismo se ha de decir también en cuanto á la servidumbre que se dejó.

§ 9.—Se preguntó, si, habiendo sido uno puesto en posesión para conservar los legados, será obligado con este interdicto á la restitución. Hace vacilar primeramente, que no posee el que por causa de los legados fué puesto en posesión, sino que más bien custodia; y en segundo lugar, porque tiene al Pretor como causante de la cosa. Pero se dirá con más seguridad, que compete este interdicto, mayormente si se hubiera dado ya fianza por razón de los legados, y no se retirara; porque en este caso se considera que también posee.

§ 10.—Diremos que á título de legados posee no solamente el mismo á quien se legó, sino también su heredero, y los demás sucesores.

§ 11.—Lo que dice el Pretor: «Con la voluntad de aquel á quien pertenece la cosa», se habrá de interpretar de modo que, si después de adida la herencia, ó de aceptada la posesión de los bienes se le prestó el consentimiento al legatario, para que poseyera, deje de tener lugar el interdicto; pero si esto se hizo antes de haber sido adida la herencia, ó de haber sido aceptada la posesión de los bienes, con más razón se dirá que no debe perjudicarle esta voluntad.

§ 12.—Si se hubieran legado dos cosas, siendo ocupada una con consentimiento, y otra sin consentimiento, sucederá que una podrá ser revocada, y otra no. Lo mismo se habrá de aprobar también respecto á una sola cosa, de la que una parte fué ocupada con consentimiento, y otra parte sin consentimiento; porque se quitará una sola parte con el interdicto.

(6) servandorum, inserta Vulg.

(7) reddat, Vulg.

(8) Taur. según la escritura original; dicimus, la corrección del código Fl., Br.

§ 13.—Illud tenendum, sive a te, sive ab eo, in cuius locum successisti, possideri aliquid coeptum est, interdicto huic (1) locum fore. In locum successisse accipimus, sive per universitatem, sive in rem his (2) sit successum.

§ 14.—Prodest autem possedis (3), quoties voluntate eius, ad quem ea res pertinet, possideri coeptum est. Sed et si postea voluntas accessit eius, ad quem ea res pertinebat, tamen prodesse possessori debere. Unde si quis coepit quidem ex voluntate eius, ad quem ea res pertinet, possidere, postea vero voluntas non perseverat, nihil noceat, quia semel possideri (4) coepit ex (5) voluntate.

§ 15.—Si alter ex heredibus, iisve, ad quos ea res pertinet, voluerit rem a legatario possideri, alter non, ei, qui noluit (6), interdictum competet, ei, qui voluit, non competere palam est.

§ 16.—Quod ait Praetor: NISI SATISDATUM SIT, accipere debemus, si perseveret satisdatum, scilicet, ut, si non perseveret cautum, mittatur in possessionem legatorum servandorum causa.

§ 17.—Satisdatum sic arbitrator, si sic satisdatum sit, ut legatario vel ipso iure acquisita sit idonea cautio, vel per mandati actionem acquiri possit; et tunc interdicto locum fore.

§ 18.—Si quarundam rerum nomine satisdatum sit, quarundam non sit satisdatum, earum rerum nomine sine impedimento agi poterit, de quibus satisdatum est, ceterarum non poterit.

2. PAULUS libro LXIII. ad Edictum.—Diversum est, si postea pars legato accreverit, nam hoc nomine tenentur fideiussores in totum.

§ 1.—Quod ait Praetor: SI PER BONORUM POSSESSOREM NON STAT, UT SATISDETUR, sic accipimus, si paratus sit satisfacere; non ergo offerre debet satisfactionem, sed potenti satis moram non facere.

§ 2.—Ex hoc interdicto, qui non restituit, in id, quod interest, debet condemnari.

§ 3.—Si legatarius repromissione retentus (7) fuit, dandum est interdictum; idem dicendum est, si legatarius pignorbis noluit (8) sibi cavere.

§ 4.—Si per legatarium factum sit, quominus satisfidetur, licet cautum non sit, tenetur interdicto. Sed si forte factum sit per legatarium, quominus satisfidetur, eo autem tempore, quo editur interdictum, satis accipere paratus sit, non competit interdictum, nisi satisdatum sit. Item si per bonorum possessorem stetit, quominus satisfidaret, sed modo paratus est cavere, tenet interdictum; illud enim tempus inspicitur, quo interdictum editur.

§ 13.—Se ha de tener en cuenta, que habrá lugar á este interdicto, si se comenzó á poseer alguna cosa ó por tí, ó por aquél en cuyo lugar sucediste. Entendemos haber sucedido en el lugar de otro, ya si se le sucedió en la universalidad, ya si en una cosa.

§ 14.—Mas aprovecha haber poseído, siempre que se comenzó á poseer con la voluntad de aquel á quien la cosa pertenece. Pero también debe aprovecharle al poseedor, si después se le prestó el consentimiento de aquel á quien la cosa pertenecía. Por lo cual, si alguno comenzó ciertamente á poseer por voluntad de aquel á quien la cosa le pertenece, pero después no persevera la voluntad, no le perjudicará en nada, porque ya una vez comenzó á poseer con el consentimiento.

§ 15.—Si uno de los herederos, ó de aquellos, á quienes pertenece la cosa, quisiere que la cosa sea poseída por el legatario, y otro no, al que no quiso le compete el interdicto, y es evidente que no le compete al que quiso.

§ 16.—Lo que dice el Pretor: «A no ser que se haya dado fianza», debemos entenderlo si perseverara la fianza, á saber, para que, si no subsistiera la fianza, se ponga en posesión para conservar los legados.

§ 17.—Juzgo que se dió fianza, si se hubiera dado fianza de modo que para el legatario ó se haya adquirido de derecho fianza suficiente, ó se pueda adquirir mediante la acción de mandato; y en este caso habrá lugar al interdicto.

§ 18.—Si se hubiera dado fianza por razón de algunas cosas, y por otras no se hubiera dado fianza, se podrá reclamar sin impedimento por razón de las cosas por las que se haya dado fianza, y no se podrá por las demás.

2. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXIII.—Diversa cosa es, si después hubiere acrecido una parte al legado, porque por tal título están obligados los fiadores á la totalidad.

§ 1.—Lo que dice el Pretor: «Si en el poseedor de los bienes no consiste que se dé fianza», lo entendemos así, si estuviera dispuesto á dar fianza; luego no debe ofrecer la fianza, sino no demorarla al que la pida.

§ 2.—En virtud de este interdicto, el que no restituye debe ser condenado en lo que importa.

§ 3.—Si el legatario se hubiera contentado con la promesa, se ha de dar el interdicto; lo mismo se ha de decir, si el legatario no quiso que se le diera caución con prendas.

§ 4.—Si por el legatario se hubiera hecho que no se dé fianza, aunque no se haya dado caución, está obligado por este interdicto. Mas si acaso se hubiera hecho por el legatario que no se dé fianza, pero al tiempo en que se interpone el interdicto estuviera dispuesto á recibir la fianza, no compete el interdicto, si no se hubiera dado la fianza. Asimismo, si en el poseedor de los bienes consistió no dar la fianza, pero entonces estuviera dispuesto á dar la caución, tiene lugar el interdicto; porque se mira al tiempo en que se interpone el interdicto.

(1) Según corrección del código Fl.; huc, la escritura original, Br.; hoc, Taur., véase más adelante fr 2. §. 7. D. Ne quid in loco publ. XLIII. 8.

(2) Taur. según el código Fl., en el que se les inremisit successum —; in rem misit successum, la corrección del código Fl., Br.; his, omittit Hal.

(3) possidere, Vulg.

(4) possidere, Vulg.

(5) eius por ex. Hal.

(6) Taur.; voluit, el código Fl. en la nota.

(7) contentus, Hal. Vulg.

(8) voluit, Hal. Vulg.

TIT. IV

NE VIS FIAT EI, QUI IN POSSESSIONEM
MISSUS ERIT (1)

1. ULPIANUS libro LXXII. ad Edictum. — Ait Praetor: SI QUIS DOLO MALO FECERIT, QUO MINUS QUIS PERMISSU MEO, EIUSVE, CUIUS EA (2) IURISDICTIONE FUIT, IN POSSESSIONE (3) BONORUM SIT, IN EUM IN FACTUM IUDICIUM, QUANTI EA RES FUIT, OB QUAM IN POSSESSIONEM MISSUS ERIT (4), DABO.

§ 1.—Hoc Edictum (5) summa providentia Praetor proposuit; frustra enim in possessionem mitteret rei servandae causa, nisi missos tueretur, et prohibentes venire in possessionem coërceret.

§ 2.—Est autem generale hoc Edictum, pertinet enim ad omnes, qui in possessionem a Praetore missi sunt; convenit enim Praetori, omnes, quos ipse in possessionem misit, tueri. Sed sive rei servandae causa, sive legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint, habent ex hoc Edicto in factum actionem, sive doli, sive aliter prohibuerint (6).

§ 3.—Haec actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem venire in possessionem, sed etiam eum, qui (7) possessione pulsus est, quum venisset in possessionem; nec exigitur, ut vi (8) fecerit, qui prohibuit.

§ 4.—Si quis ideo possessione arcuerit, quia rem suam (9) putabat, vel sibi nexam (10), vel certe non esse debitoris, consequens est, ut hoc Edicto (11) non teneatur.

§ 5.—Haec verba: «quanti ea res erit, ob quam in possessionem missus erit», continent utilitatem creditoris, ut, quantum eius interest possessionem habere, tantum ei, qui prohibuit, condemnatur. Proinde si ob falsum creditum, vel ob falsam petitionem missus est in possessionem, vel si exceptione summo veri potuit, nihil ei debet prodesse hoc Edictum, quia propter nullam causam in possessionem missus est.

§ 6.—Hoc Edicto neque pupillum, neque furiosum teneri constat, quia affectu carent. Sed pupillum eum debemus accipere, qui doli capax non est; ceterum si iam doli capax sit, contra erit dicendum. Ergo et si tutor dolo fecerit, in pupillum dabimus actionem, si modo solvendo sit tutor; sed et ipsum tutorem posse conveniri, Iulianus scribit.

§ 7.—Si domini vel patris voluntate prohibitus quis sit a possessione, in ipsos dabitur actio, quasi per alios hoc fecerint.

§ 8.—Hanc actionem, excepta legatorum missione, intra annum competere, et non postea, sciendum est, quum sit poenalis; nec in heredes similesque personas dabitur, nisi in id, quod ad eas pervenit. Sed heredi similibusque personis dabitur. Nam (12) quum prohibitus quis est, legatorum vel fideicommissorum causa possessionem adipisci,

(1) EST, *Vulg.*
(2) DE EA RE, *Hal. Vulg.*
(3) *Hal. Vulg.*; POSSESSIONEM, *et codice Fl.*
(4) FUIT, *Vulg.*
(5) Interdictum, *Hal.*
(6) actionem sive dominus sive alter prohibuerit, *Hal.*

TÍTULO IV

QUE NO SE HAGA VIOLENCIA AL QUE HUBIERE
SIDO PUESTO EN POSESIÓN

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXII.* — Dice el Pretor: «Si alguno hubiere hecho con dolo malo que otro no esté en posesión de los bienes con permiso mio, ó del que tenía esta jurisdicción, daré contra él la acción por el hecho por cuanto importa la cosa por causa de la que hubiere sido puesto en posesión».

§ 1.—El Pretor publicó este Edicto con suma previsión; porque en vano pondría en posesión para que no se conservase una cosa, si no amparase á los que puso, y no reprimiese á los que impidieran entrar en posesión.

§ 2.—Mas este Edicto es general, porque se refiere á todos los que fueron puestos en posesión por el Pretor; pues le conviene al Pretor amparar á todos los que él mismo puso en posesión. Mas, ya si hubieren sido puestos en posesión para conservar una cosa, ó los legados, ó en nombre del que está en el claustro materno, tienen, en virtud de este Edicto, la acción por el hecho, ora se les haya impedido con dolo, ora de otra manera.

§ 3.—Esta acción obliga no solamente al que impidió que otro entrase en posesión, sino también al que fué echado de la posesión habiendo entrado en posesión; y no se exige que lo haya hecho con violencia el que lo impidió.

§ 4.—Así, pues, si alguno hubiere echado á otro de la posesión, porque opinaba que la cosa era suya, ó le estaba obligada; ó porque ciertamente no era del deudor, es consiguiente que no esté obligado por este Edicto.

§ 5.—Estas palabras: «por cuanto importare la cosa por causa de la que hubiere sido puesto en posesión», comprenden la utilidad del acreedor, de modo que el que le puso impedimento sea condenado á tanto cuanto á él le interesa tener la posesión. Por consiguiente, si fué puesto en posesión por causa de un falso crédito, ó de una falsa petición, ó si pudo ser repelido con excepción, no debe aprovecharle en nada este Edicto, porque no fué puesto en posesión por causa alguna.

§ 6.—Es sabido que por este Edicto no están obligados ni el pupilo ni el furioso, porque carecen de intención. Mas debemos entender por pupilo el que no es capaz de dolo; pero si ya fuera capaz de dolo, se habrá de decir lo contrario. Luego también si el tutor hubiere obrado con dolo, daremos acción contra el pupilo, si el tutor fuera solvente; mas escribe Juliano, que también puede ser demandado el mismo tutor.

§ 7.—Si á alguno se le hubiera impedido la posesión por voluntad del señor ó del padre, se dará acción contra ellos mismos, como si esto lo hubieren hecho por medio de otros.

§ 8.—Se ha de saber que esta acción, exceptuada la introducción en posesión por causa de legados, compete dentro de un año, y no después, porque es penal; y no se dará contra los herederos y otras personas semejantes, sino por lo que fué á poder de ellas. Pero se dará al heredero y á otras personas semejantes. Porque cuando á uno se le impidió ad-

(7) eum, a quo quis de possessione, *Hal.*
(8) vim, *Hal. Vulg.*
(9) suam, *omittela Vulg.*
(10) obnoxiam, *Hal. Vulg.*
(11) Interdicto, *Vulg.*
(12) At, *Hal.*

tunc actio et perpetua est, et in heredem dabitur, quia est in potestate successorum evitare interdictum satisfactione oblata.

2. PAULUS libro LIX. ad Edictum. — Suo quis, an alieno nomine prohibitus sit, nihil interest; haec enim verba, «quanti ea res est» (1), referenda sunt ad personam domini.

§ 1.—Item tam is tenetur, qui suo nomine, quam qui alieno nomine prohibuit.

3. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum. — Si quis missus fuerit in possessionem fideicommissi servandi causa, et non admittatur, potestate eius induendus est in possessionem, qui eum misit; aut (2) si quis volet uti interdicto, consequens erit dicere, interdictum locum habere. Sed melius erit dicere, extra ordinem ipsos iure suae potestatis exsequi oportere decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem.

§ 1.—Constitutum est ab Antonino, ut etiam in bona heredis quis admittatur certis modis. Si quis igitur in his bonis non admittatur, dicendum est, actionem hanc utilem competere; ceterum poterit uti et extraordinaria executione.

§ 2.—Praetor ventrem in possessionem mittit; et hoc interdictum prohibitorium et restitutorium est. Sed si mulier velit in factum actione uti, ad exemplum creditorum magis, quam interdicto posse eam experiri, sciendum est.

§ 3.—Si mulier dicatur calumniae causa in possessionem venisse, quod non sit praegnans, vel non ex eo praegnans, vel si de statu mulieris aliquid dicatur, ex Epistola Divi Hadriani, ad exemplum praesumptionis Carboniani Edicti, ventri Praetor pollicetur possessionem.

4. IDEM libro LXIX. ad Edictum. — Per interdictum etiam ei subvenit Praetor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei vis fiat.

§ 1.—Poena autem eius, qui non promittit, vel satis non dat, haec est, ut in possessionem mittatur adversarius. Sive ergo promittat, sive per eum non fiat, quominus promittat, non tenebit interdictum repulso per exceptionem eo, qui experitur.

§ 2.—Praetor in eum, qui neque cavit, neque possidere passus est eum, qui missus est, iudicium pollicetur in tantum, quantum praestare eum oporteret, si de ea re cautum fuerat.

§ 3.—Sed et ex alia causa hoc iudicium proposuit, si eo tempore, quo in possessionem mitti desiderabat, Praetoris adevundi potestas non fuerit; scilicet ut, si, quum potestas Praetoris adevundi non esset, damnum interim datum est, haberet iudicium, qui damnum passus est.

§ 4.—Item subiectum, si ex alia causa in possessionem missus prohibitus esse dicitur, habere in factum actionem.

quirir la posesión por causa de legados ó de fideicomisos, entonces la acción es perpétua, y se dará contra el heredero, porque está en la potestad de los sucesores evitar el interdicto habiendo ofrecido fianza.

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LIX.* — Nada importa que á uno se le haya impedido en su propio nombre, ó en el de otro; porque estas palabras «cuanto importa la cosa», se han de referir á la persona del dueño.

§ 1.—Asimismo, está obligado tanto el que impidió en su propio nombre, como el que en el de otro.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.* — Si alguno hubiere sido puesto en posesión para conservar un fideicomiso, y no fuera admitido, ha de ser puesto en posesión por la potestad del que lo puso; ó si alguno quisiera usar del interdicto, será consiguiente decir que tiene lugar el interdicto. Pero mejor será decir que ellos mismos deben ejecutar su propio decreto extraordinariamente con el derecho de su propia potestad, y aun algunas veces mediante la fuerza militar.

§ 1.—Se estableció por Antonino, que también de ciertas maneras fuera uno admitido á la posesión de los bienes del heredero. Así, pues, si alguno no fuera admitido en ellos, se ha de decir que le compete esta acción útil; pero podrá utilizar también la ejecución extraordinaria.

§ 2.—El Pretor pone en posesión al que está en el claustro materno; y este interdicto es prohibitorio y restitutorio. Mas si la mujer quisiera utilizar la acción por el hecho, se ha de saber que á la manera que los acreedores puede ella ejercitarla más bien que el interdicto.

§ 3.—Si se dijera que la mujer fué puesta en posesión por causa de calumnia, porque no estuviera embarazada, ó no estuviera embarazada del que se dice, ó si se dijera alguna cosa del estado de la mujer, el Pretor promete la posesión al que está en el claustro materno, en virtud de la Epístola del Divino Adriano, á la manera que por la presunción del Edicto Carboniano.

4. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXIX.* — El Pretor auxilia con el interdicto, para que no se le haga violencia, también al que por él fué puesto en posesión por daño que amenaza.

§ 1.—Mas la pena del que no promete, ó no da fianza, es esta, que su adversario sea puesto en posesión. Luego ya si prometiera, ya si en él no consistiese que no prometiera, no le obligará el interdicto, siendo rechazado con excepción el que reclama.

§ 2.—Contra el que ni dió caución, ni consintió que poseyera el que fué puesto en posesión, promete el Pretor acción por tanto cuanto aquél debería entregar, si se hubiera dado caución por el negocio.

§ 3.—Mas estableció también esta acción por otra causa, si al tiempo en que uno deseaba ser puesto en posesión, no hubiere tenido posibilidad de recurrir al Pretor; á saber, para que, si no teniendo facultad de recurrir al Pretor se le hubiese causado entretanto daño, tenga la acción el que sufrió el daño.

§ 4.—Además se añadió, que, si se dijera que á alguno que por otra causa fué puesto en posesión se le impidió, tenga la acción por el hecho.

(1) fult, Hal.

(2) at, Hal.

TIT. V

DE TABULIS EXHIBENDIS
[Cf. Cod. VIII.7.]

1. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum.— Praetor ait: QUAS TABULAS LUCIUS TITUS AD CAUSAM TESTAMENTI (1) SUI PERTINENTES RELIQUISSÉ DICETUR, SI (2) HAE PENES TE SUNT, AUT DOLO MALO TUO FACTUM EST, UT DESINERENT ESSE, ITA EAS TUI EXHIBEBAS. ITEM SI LIBELLUS ADIUDVE QUID RELICTUM ESSE DICETUR, DECRETO COMPREHENDAM.

§ 1.—Si quis forte confiteatur, penes se esse testamentum, iubendus est exhibere, et tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non potest in praesentiarum exhibere; sed si neget se exhibere posse, vel oportere, interdictum hoc competit.

§ 2.—Hoc interdictum pertinet non tantum ad testamenti tabulas, verum ad omnia, quae ad causam testamenti pertinent, utputa et ad codicillos pertinent.

§ 3.—Sive autem valet testamentum, sive non, vel quod ab initio inutiliter factum est, sive ruptum sit, vel in quo alio vitio, sed etiam si falsum esse dicatur, vel ab eo factum, qui testamenti factionem non habuerit, dicendum est, interdictum valere.

§ 4.—Sive supremae tabulae sint, sive non sint, sed priores, dicendum, interdictum hoc locum habere.

§ 5.—Itaque dicendum est, ad omnem omnino scripturam testamenti, sive perfectam, sive imperfectam, interdictum hoc pertinere.

§ 6.—Proinde et si plures tabulae sint testamenti (3), quia saepius fecerat, dicendum est, interdictum locum fore; est enim quod ad causam testamenti pertineat, quidquid quoquo tempore factum exhiberi debeat.

§ 7.—Sed etsi de statu disceptetur, si testator filiusfamilias, vel servus hoc fecisse dicatur, et hoc exhibebitur.

§ 8.—Item si filiusfamilias fecerit testamentum, qui de castrensi peculio testabatur, habet locum interdictum.

§ 9.—Idem est, et si is, qui testamentum fecit, apud hostes decessit.

§ 10.—Hoc interdictum ad vivi tabulas non pertinet, quia verba Praetoris «reliquerit» fecerunt mentionem.

§ 11.—Sed et si deletum sine (4) dolo sit testamentum,

2. PAULUS libro LXIV. ad Edictum.— vel totum, vel pars eius,

3. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum.— locum habet hoc interdictum.

§ 1.—Si tabulae in pluribus codicibus scriptae sint, omnes interdicto isto continentur, quia unum testamentum est.

§ 2.—Si tabulae testamenti apud aliquem depositae sunt (5) a Titio, hoc interdicto agendum est et cum eo, qui detinet, et cum eo, qui deposuit.

(1) STATUS *per* TESTAMENTI, Hal.

(2) SIVE, Hal. Vulg.

(3) eius, inserta Hal. Vulg.

TÍTULO V

DE LA EXHIBICIÓN DE LOS TESTAMENTOS
[Véase Cod. VIII.7.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.*— Dice el Pretor: «Exhibe como estén las tablas que se dijere que Lucio Ticio dejó pertenecientes a la causa de su propio testamento, si ellas están en tu poder, ó si con dolo malo tuyo se hizo que dejasen de estar. Asimismo, si se dijere que se dejó un libelo, ó otra cosa cualquiera, lo comprenderé en el decreto».

§ 1.—Si acaso alguno confesara que está en su poder el testamento, se le ha de mandar que lo exhiba, y se le ha de dar tiempo para exhibirlo, si no puede exhibirlo inmediatamente; pero si dijera que no podía, ó que no debía exhibirlo, compete este interdicto.

§ 2.—Este interdicto se refiere no solamente a las tablas del testamento, sino también a todo lo que se refiere a la causa del testamento, de modo que se refiere también a los codicilos.

§ 3.—Mas ya si es válido el testamento, ya si no lo es, ó porque desde un principio fué hecho inútilmente, ó porque haya sido roto, ó porque tiene otro vicio, y también si se dijera que es falso, ó que fué hecho por quien no hubiere tenido facultad de hacer testamento, se ha de decir que tiene lugar el interdicto.

§ 4.—Ya si las tablas fueran las últimas, ya si no lo fueran, sino otras anteriores, se ha de decir que tiene lugar este interdicto.

§ 5.—Y así se ha de decir, que este interdicto se refiere absolutamente a toda escritura de testamento, ora perfecta, ora imperfecta.

§ 6.—Por consiguiente, también si hubiera muchas tablas de testamento, porque lo había hecho muchas veces, se ha de decir que habrá de tener lugar el interdicto; porque se debe exhibir todo lo que se refiera a la causa del testamento, en cualquier tiempo que haya sido hecho.

§ 7.—Pero aunque se cuestione sobre el estado, si se dijera que lo hizo un testador hijo de familia, ó un esclavo, también será exhibido.

§ 8.—Asimismo, si hubiere hecho el testamento un hijo de familia, que testaba de su peculio castrense, tiene lugar el interdicto.

§ 9.—Lo mismo es, también si el que hizo testamento falleció en poder de los enemigos.

§ 10.—Este interdicto no se refiere a las tablas del que vive, porque las palabras del Pretor hacen mención del que las «hubiere dejado».

§ 11.—Mas también si se hubiera borrado el testamento sin dolo,

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXIV.*— ó todo, ó parte de él,

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.*— tiene lugar este interdicto.

§ 1.—Mas si las tablas hubieran sido escritas en varios códices, todas serán comprendidas en este interdicto, porque el testamento es uno solo.

§ 2.—Si las tablas del testamento fueron depositadas por Ticio en poder de uno, se ha de reclamar por este interdicto tanto contra el que las detenta, como contra el que las depositó.

(4) sine, omitela Hal.

(5) Br. considera sunt añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.

§ 3.—Proinde et si custodiam tabularum aedituus vel tabularius suscepit, dicendum est, teneri eum interdicto.

§ 4.—Si penes servum tabulae fuerint, dominus interdicto tenebitur.

§ 5.—Si ipse testator, dum vivit, tabulas suas esse dicat, et exhiberi desideret, interdictum hoc locum non habebit, sed ad exhibendum erit agendum, ut exhibitas vindicet; quod in omnibus, qui corpora sua esse dicunt instrumentorum, probandum est.

§ 6.—Si quis dolo malo fecerit, quominus penes eum tabulae essent, nihilominus hoc interdicto tenebitur. Nec praeiudicatur aliquid legi Corneliae testamentariae, quasi dolo malo testamentum suppresserit; nemo enim ideo impune retinet tabulas, quod maius facinus admisit, quum exhibitis tabulis admissum eius magis manifestetur; et posse aliquem dolo malo facere, ut in eam legem non incidat, utputa si neque amoverit, neque celaverit tabulas, sed idcirco alii tradiderit, ne eas interdicti (1) exhiberet, hoc est, si non suppressendi animo vel consilio fecit, sed ne huic exhiberet.

§ 7.—Hoc interdictum exhibitorium est.

§ 19.—Mas si alguno dijera que él no defendía al esclavo ó á la familia, ha de ser obligado á sufrir este interdicto, á saber, para esto, para restituir lo que fué á su poder.

§ 20.—Si un hijo de familia ó un mercenario hubiere echado á la fuerza, compete el interdicto útil.

§ 21.—Si después de incoado el juicio sobre la libertad, utilizara yo el interdicto contra el que de la esclavitud es reclamado á la libertad, ó al contrario, y éste fuere declarado libre, y apareciere que, ignorándolo él, fui echado á la fuerza por sus esclavos, será restituido en la posesión.

§ 22.—Lo que tienen un esclavo, un procurador, ó un colono, se considera que lo posee el señor; y por lo tanto, echados ellos, se considera que es echado de la posesión él mismo, aunque ignore que fueron echados aquellos por quienes poseía. Así, pues, si hubiere sido echado otro por medio del cual poseía yo, para nadie es dudoso que me compete el interdicto.

§ 23.—Mas á nadie le compete este interdicto sino al que poseía cuando fuese echado; y no se considera que es echado otro sino el que posee.

(1) *Taur. al margen; alteri, en el texto.*

(2) *alium, Hal.*

(3) *si, omitela Hal.; sed por si, Vulg.*

(4) *praestare, Hal. Vulg.*

(5) *Hal.; non, omitela Vulg.*

(6) *utatur, Hal.*

(7) *suus, Hal.*

(8) *possidebat, Hal.*

§ 24.—Sive autem corpore, sive animo possidens quis deiectus est, palam est, eum vi deiectum videri. Idcircoque si quis de agro suo, vel de domo processisset nemine suorum (1) relicto, mox revertens prohibitus sit ingredi vel ipsam praedium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit, et ipse possederit, vi deictus videtur (2); ademisti enim ei possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore.

§ 25.—Quod vulgo dicitur, aestivorum hibernorumque saltum nos possessiones animo retinere, id exempli causa didici Proculum dicere; nam ex omnibus praediis, ex quibus non hac mente recedemus, ut omisisse possessionem vellemus, idem est.

§ 26.—Eum, qui neque animo, neque corpore possidebat, ingredi autem et incipere possidere prohibeatur, non videri deiectum, verius est; deicitur enim, qui amittit possessionem, non qui non accipitur (3).

§ 27.—Vim vi (4) repellere licere Cassius scribit, idque ius natura comparatur; apparet autem, inquit, ex eo, arma armis repellere licere.

§ 28.—Vi possidere eum definiendum est, qui expulso vetere possessore acquisitam per vim possessionem obtinet, aut qui in hoc ipsum aptatus et praeparatus venit, ut contra bonos mores, auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, faciat (5). Sed qui per vim possessionem suam retinuerit, Labeo ait, non vi possidere.

§ 29.—Idem Labeo ait, eum, qui metu turbae perterritus fugerit, videri deiectum; sed Pomponius ait, vim sine corporali vi (6) locum non habere; ego (7), etiam eum, qui fugatus est supervenientibus quibusdam, si illi vi occupaverunt possessionem, videri vi deiectum.

§ 30.—Qui a me vi possidebat, si ab alio deiciatur, habet interdictum.

§ 31.—Qui vi deiectus est, quidquid damni senserit ob hoc, quod deiectus est, recuperare debet; pristina enim causa restitui debet, quam habiturus erat, si non fuisset deiectus.

§ 32.—Si fundus, a quo vi expulsus sim, mihi restitutus esset, ceterae vero res, quae vi ablatae sunt, non restituantur, hic dicendum est, interdictum nihilominus tenere, quia verum est, vi esse deiectum. Plane si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri, de rebus vero mobilibus ad exhibendum actione, potest hoc suo arbitrio habere; et ita Iulianus scribit. Idem scribit, et si quis vi honorum raptorum de huiusmodi rebus velit experiri.

§ 33.—Quod autem ait Praetor: «quaeque ibi habuit», sic accipimus, ut omnes res contineantur, non solum quae propriae ipsius fuerunt, verum etiam si quae apud eum depositae, vel ei commodatae, vel pignorate, quarumque usum, vel usum fructum, vel custodiam habuit, vel si quae ei loca-

§ 24.—Mas si fué echado uno que poseía ya corporalmente, ya con el ánimo, es evidente que se considera que fué echado á la fuerza. Y por la tanto, si alguno hubiere salido de su campo ó de su casa, no habiendo dejado á ninguno de los suyos, y al volver después se le hubiera prohibido que entrara en su mismo predio, ó si alguno lo hubiere detenido en medio del camino, y éste mismo poseyere, se considera que fué echado á la fuerza; porque le quitaste la posesión que retenía con el ánimo, aunque no con el cuerpo.

§ 25.—Lo que vulgarmente se dice, que retenemos con el ánimo la posesión de los bosques de verano y de invierno, supe que lo decía Próculo por vía de ejemplo; porque lo mismo es respecto á todos los predios de los que no nos retiremos con la intención de querer abandonar la posesión.

§ 26.—Es más verdadero que no se considera echado el que no poseía ni con el ánimo, ni corporalmente, pero se le impidió entrar en posesión y començar á poseer; porque es echado el que pierde la posesión, no el que no la alcanza.

§ 27.—Escribe Cassio, que es lícito rechazar la fuerza con la fuerza, y que este derecho se adquiere por la naturaleza; y esto resulta, dice, de que es lícito rechazar las armas con las armas.

§ 28.—Se ha de definir que posee por fuerza el que, expulsado el antiguo poseedor, obtiene la posesión adquirida por fuerza, ó el que viene dispuesto y preparado de modo que se auxiliara contra las buenas costumbres, para que al entrar en la posesión no se le pueda impedir. Mas dice Labeo, que no posee por fuerza el que por la fuerza retuviere su propia posesión.

§ 29.—Dice el mismo Labeo, que se considera que fué echado el que hubiere huído aterrado por miedo á una turba; pero dice Pomponio, que no tiene lugar la violencia sin violencia corporal; yo creo que se considera que fué echado por fuerza también el que se fugó al dirigirse otros, si éstos ocuparon por fuerza la posesión.

§ 30.—El que por violencia poseía cosa mía, si fuera echado por otro, tiene el interdicto.

§ 31.—El que fué echado á la fuerza debe recobrar cualquier daño que hubiere experimentado por haber sido echado; porque se debe restituir la primitiva causa, que habría de haber tenido, si no hubiese sido echado.

§ 32.—Si me hubiese sido restituído el fundo de que á la fuerza hubiera sido expulsado, pero no me fueran restituidas las demás cosas que me fueron quitadas con violencia, se ha de decir en este caso, que, esto no obstante, tiene lugar el interdicto, porque es verdad que se despojó á la fuerza. Mas si alguno quisiera ejercitar con este interdicto la acción respecto á la posesión de bienes inmuebles, y la acción de exhibición en cuanto á bienes muebles, puede hacer esto á su arbitrio; y así lo escribe Juliano. Lo mismo escribe, también si alguno quisiera ejercitar respecto á tales cosas la acción de bienes arrebatados con violencia.

§ 33.—Mas lo que dice el Pretor: «y las cosas que tuvo allí», lo entendemos de modo que se comprendan todas las cosas, no solamente las que fueron propias de él mismo, sino también las que le habían sido dadas en depósito, ó en comodato, ó en prenda, cuyo uso, ó usufructo, ó custodia tuvo, ó las que

(1) servorum, Hal. Vulg.

(2) Según corrección del códice Fl.; videatur, Taur. según la escritura original, Br.

(3) Taur. según la escritura original; accipit, la corrección del códice Fl., Br.

(4) vi, considerase añadida por antiguos copistas.

(5) Hal. Vulg.: facit, el códice Fl.

(6) sine corpore aliquo, Vulg.

(7) Ergo, Vulg.

tae (1) sunt; quum enim dicat Praetor: «habuit», omnia haec habendi verbo continentur.

§ 34.—Rectissime autem Praetor addidit: «tunc ibi habuit»; «tunc» sic accipimus, quum deiceretur. Et ideo, et si quid postea desiit illic esse, dicendum erit, in interdictum venire. Sic fit, ut, etiamsi homines, vel pecora demortua sint post deiectionem, interdictio locus sit. Denique scribit Iulianus, eum, qui vi deiecit ex eo praedio, in quo homines fuerant, propius esse, ut etiam sine culpa eius mortuis hominibus aestimationem eorum per interdictum restituere debeat, sicuti fur hominis etiam mortuo eo tenetur.

§ 35.—Huic consequens esse ait, ut villae quoque, et aedium incendio consumptarum pretium restituere cogatur; ubi enim quis, inquit, deiecit, per eum stetit videtur, quominus restitueret.

§ 36.—Idcirco constare ait, eum, qui vi deiecit, quique vi sine dolo malo (2) desierit possidere, interdictio teneri.

§ 37.—«Ibi» autem, ait Praetor, ut ne quis, et quae illic non habuit, complectatur.

§ 38.—Sane, quod ait Praetor: «ibi», quomodo accipimus, utrum in eo loco, unde quis vi deiectus est, an vero in omni possessione? Et melius dicitur, non ad angulum (3) referendum, vel locum, in quo fuerit, verum etiam ad omnem partem possessionis, qua quis caruit, quum deiecitur.

§ 39.—Annus in hoc interdictio utilis est.

§ 40.—Ex die, quo quis deiectus est, fructuum ratio habetur, quamvis in ceteris interdictis, ex quo edita sunt, non retro computantur. Idem est et in rebus mobilibus, quae ibi erant; nam et eorum fructus computandi sunt, ex quo quis vi deiectus est.

§ 41.—Non solum autem fructuum ratio in hoc interdictio habetur, verum ceterarum etiam utilitatum habenda est; nam et Vivianus (4) refert, in hoc interdictio omnia, quaecunque habiturus vel assecutus erat is, qui deiectus est, si vi deiectus non esset, restitui, aut eorum (5) litem a iudice aestimari debere, eumque tantum consecuturum, quanti sua interesset, se vi deiectum non esse.

§ 42.—Ex interdictio Unde vi etiam is, qui non possidet, restituere cogetur.

§ 43.—Interdictum hoc, quia atrocitatem facinoris in se habet, quaesitum est, an liberto in patronum, vel liberis adversus parentes competit? Et verius est, nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum esse; meliusque erit, in factum actionem his competere; aliter atque si vi armata usus sit adversus libertum patronus, vel adversus liberos patris, nam hic interdictum competit.

§ 44.—Hoc interdictum et heredi, et ceteris successoribus competit.

§ 45.—Non alij autem, quam ei, qui (6) possidet, interdictum Unde vi competere, argumentum praebet, quod apud Vivianum (7) relatum est, si quis

le habían sido dadas en arrendamiento; porque cuando dice el Pretor: «tuvo», se comprenden todas estas cosas con la palabra tener.

§ 34.—Pero con muchísima razón añadió el Pretor: «tuvo allí entonces»; y se ha de entender «entonces», cuando fuese echado. Y por esto, si alguna cosa dejó de estar allí después, también se habrá de decir, que viene comprendida en el interdictio. Así sucede, que tiene lugar el interdictio aunque los esclavos ó los ganados hayan muerto después del lanzamiento. Finalmente, escribe Juliano, que el que por la fuerza echó de un predio en que había esclavos, es más cierto que, muertos los esclavos aunque sin culpa de él, debe restituir la estimación de los mismos por el interdictio, así como queda obligado el ladrón de un esclavo, muerto éste.

§ 35.—Dice que á esto es consiguiente, que sea obligado á entregar también el precio de la casa de campo y de las casas consumidas por un incendio; porque cuando uno echó, dice, se considera que consiste en él no hacer la restitución.

§ 36.—Y por esto dice que es constante que el que echó á la fuerza, y el que á la fuerza deja de poseer sin dolo malo, está sujeto al interdictio.

§ 37.—Mas el Pretor dice «allí», para que alguno no comprenda también lo que no tuvo allí.

§ 38.—Mas lo que el Pretor dice: «allí», ¿cómo lo entendemos? ¿Acaso en el lugar de donde alguno fué echado con violencia, ó en toda la posesión? Y más bien se dirá, que no se ha de referir al rincón, ó al lugar en que hubiere estado, sino también á toda parte de la posesión, de que uno fué privado, cuando fué echado.

§ 39.—En este interdictio el año es útil.

§ 40.—Se tendrá cuenta de los frutos desde el día en que uno fué echado, aunque en los demás interdictos se computan desde que se interpusieron, no desde antes. Lo mismo es también tratándose de los bienes muebles, que había allí; porque sus frutos se han de computar también desde que uno fué echado con violencia.

§ 41.—Mas en este interdictio no solamente se tiene cuenta de los frutos, sino que se ha de tener también de las demás utilidades; porque también Viviano dice, que por este interdictio se restituye todo lo que había de tener ó de conseguir el que fué echado, si no hubiese sido echado á la fuerza, ó que se debe estimar por el juez el litigio sobre las mismas cosas, y aquél habrá de conseguir tanto cuanto le hubiese importado no haber sido él echado á la fuerza.

§ 42.—Por el interdictio Unde vi es obligado á restituir también el que no posee.

§ 43.—Como quiera que este interdictio comprende la atrocidad de un delito, se preguntó, ¿les compete al liberto contra el patrono, ó á los descendientes contra los ascendientes? Y es más verdadero que no se ha de dar ni al liberto contra el patrono, ni á los descendientes contra los ascendientes; y será mejor, que á éstos les compete la acción por el hecho; lo contrario, si el patrono hubiere empleado contra el liberto la fuerza armada, ó el ascendiente contra los descendientes, porque en este caso compete el interdictio.

§ 44.—Este interdictio compete así al heredero, como á los demás sucesores.

§ 45.—Mas que el interdictio Unde vi no compete á otro sino al que posee, lo prueba lo que se halla escrito en Viviano, que si alguno me hubiere echa-

(1) Según corrección del códice Fl.; collocatae, Taur. según la escritura original, Br.

(2) Véase el fragmento 5. D. eod.; quive dolo malo, Vulg.

(3) unum, insertan Hal. Vulg.

(4) Iulianus, Vulg.

(5) eorum autem, Vulg.

(6) non, inserta Vulg.

(7) Véase la nota 4.

me vi deiecerit, meos non deiecerit, non posse me hoc interdicto experiri, quia per eos retineo possessionem, qui deieci non sunt.

§ 46.—Idem Vivianus (1) refert: servos quosdam vi depulit, alios retinuit, et vinxit, aut etiam iis imperavit; vi te deiectum intelligi, desiisse enim possidere, quum servi ab alio possideantur. Et quod in parte servorum dictum est, idem in omnibus dici ait, si forte nemo depulsus esset, sed possideri ab eo coepissent, qui ingressus in possessionem esset.

§ 47.—Quid dicturi essemus, tractat, si aliquo possidente ego quoque ingressus sim (2) in possessionem, et non deiciam possessorem, sed vincium opus facere cogam, quatenus res; inquit, esset. Ego verius puto, eum quoque deiectum videri, qui illic vincium est.

§ 48.—Ex causa huius interdicti in heredem, et bonorum possessorem, ceterosque successores in factum actio competit in id, quod ad eos pervenit,

2. PAULUS libro LXV. ad Edictum. — dolo malo eorum factum est, quominus perveniret;

3. ULPIANUS libro LXIX. ad Edictum. — quod est, et si quis armis deiectus est, quia ex facinoribus defunctorum de eo, quod ad heredem pervenit, actio datur; sufficit enim, non in lucro versari eum heredem, non etiam damnum subire.

§ 1.—Haec actio, quae adversus heredem ceterosque successores pertinet, perpetuo competit, quia in ea rei persecutio continetur.

§ 2.—Armis deiectum quomodo accipimus? Arma sunt omnia tela, hoc est et fustes, et lapides, non solum gladii, hastae, frameae, id est rhomphaeae (3).

§ 3.—Plane et si unus vel alter fustem vel gladium tenuit, armis deiectus possessor videtur.

§ 4.—Plus dicitur, et si inermes venerant, si in ipsa concertatione (4), qui inermes venerant, eo processerunt, ut fustes aut lapides sumerent, vis erit armata.

§ 5.—Qui armati venerunt, et si armis non sunt usi ad deiciendum, sed deiecerunt, armata vis facta esse videtur; sufficit enim terror armorum, ut videantur armis deiecisisse.

§ 6.—Si quis autem visis armatis, qui alibi tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non videtur (5) deiectus, quia non hoc animo fuerunt, qui armati erant, sed alio tendebant.

§ 7.—Proinde et si, quum armatos audiisset venire, metu decesserit de possessione, sive verum, sive falsum audiisset, dicendum est, non esse eum armis deiectum, nisi possessio ab his fuerit occupata.

§ 8.—Si autem, quum dominus veniret in possessionem, armati eum prohibuerunt, qui invaserant possessionem, videri eum armis deiectum.

do á la fuerza, y no hubiere echado á los míos, no podía yo ejercitar este interdicto, porque retengo la posesión por medio de los que no fueron echados.

§ 46.—Dice el mismo Viviano: uno echó á algunos esclavos, retuvo á otros y los ató, ó también les mandó; se entiende que fuiste echado á la fuerza, porque dejaste de poseer, estando los esclavos poseídos por otro. Y lo mismo que se dijo respecto á una parte de los esclavos, manifiesta que se ha de decir también respecto á todos, si acaso nadie hubiese sido echado, sino que hubiesen comenzado á ser poseídos por el que hubiese entrado en la posesión.

§ 47.—Examina qué habremos de decir, si, poseyendo alguno, yo también hubiera entrado en posesión, y no echara al poseedor, sino que teniéndolo aprisionado le obligara á hacer una obra, y pregunta qué será. Yo opino que es más verdadero, que se considere echado también el que allí fué aprisionado.

§ 48.—Por causa de este interdicto compete la acción por el hecho contra el heredero, el poseedor de los bienes, y los demás sucesores, por cuanto fué á poder de ellos,

2. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXV.—ó con dolo malo suyo se hizo que no fuese á su poder;

3. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXIX.—y lo mismo es, también si alguno fué echado por la fuerza de las armas, porque por causa de los delitos de los fallecidos se da acción por lo que fué á poder del heredero; porque basta que este heredero no experimente lucro, no que también sufra perjuicio.

§ 1.—Esta acción, que compete contra el heredero y los demás sucesores, compete perpétuamente, porque en ella está comprendida la persecución de la cosa.

§ 2.—¿Cómo entendemos echado por la fuerza de las armas? Armas son todas las cosas arrojadas, esto es, también los palos y las piedras, no solamente las espadas, las lanzas, las frameas, esto es, las ronfeas.

§ 3.—Y á la verdad, también si uno ó otro tuvo palo ó espada, se considera que el poseedor fué echado por la fuerza de las armas.

§ 4.—Se dice más, que aunque se presentaran sin armas, si en la misma lucha llegaron á tomar palos ó piedras los que habían ido sin armas, la violencia será con armas.

§ 5.—Se considera que se hizo violencia con armas, si los que fueron armados no hicieron uso de las armas para echar, pero echaron, de la posesión; porque basta el terror de las armas para que se considere que echaron por la fuerza de las armas.

§ 6.—Mas si alguno, habiendo visto gente armada, que se dirigía á otra parte, hubiere huído aterrado por este temor, no se considera que fué echado, porque no tuvieron esta intención los que estaban armados, sino que se dirigían á otra parte.

§ 7.—Por consiguiente, si habiendo oído que venía gente armada, se hubiere ido de la posesión por miedo, se ha de decir, ya si hubiese oído la verdad, ya si cosa falsa, que él no fué echado por la fuerza de las armas, á no ser que por ellos hubiere sido ocupada la posesión.

§ 8.—Mas si al dirigirse el dueño á la posesión se lo hubiere impedido gente armada, que había invadido la posesión, se considera que éste fué echado por la fuerza de las armas.

(1) Véase la nota 4., de la página anterior.

(2) Hal. Vulg.; sum, el códice Fl.

(3) Taur.; romphaeae, el códice Fl., Br.

(4) contrectatione, Hal.

(5) vi, insertan Hal. Vulg.

§ 9.—Eum igitur, qui cum armis venit, possumus armis repellere; sed hoc confestim, non ex intervallo, dummodo sciamus, non solum resistere permissum, ne deiciatur, sed etsi deiectus quis fuerit, eundem deicere non ex intervallo, sed ex continenti.

§ 10.—Quum procurator armatus venit, et ipse dominus armis deiecisse videtur, sive mandavit, sive, ut Iulianus ait, ratum habuit.

§ 11.—Hoc et in familia dicendum est, nam quum familia sine me armata venit, ego non videor venisse, sed familia, nisi iussi, vel ratum habuit.

§ 12.—Hoc interdictum etiam adversus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiceretur; et post annum reddetur in id, quod pervenit ad eum, qui prohibuit.

§ 13.—Unde vi interdictum necessarium fuisse fructuario apparet, si prohibeatur uti frui usufructu (1) fundi.

§ 14.—Uti frui autem prohibuisse is videtur, qui vi deiecit utentem et fruentem, aut non admisit, quum ex fundo exiisset non usufructus deserendi causa. Ceterum si quis ab initio volentem incipere uti frui prohibuit, hoc interdictum locum non habet; quid ergo est? Debet fructuarius usufructum vindicare.

§ 15.—Pertinet autem hoc interdictum ad eum, qui fundo uti frui prohibitus est; pertinebit etiam ad eum, qui aedificiis uti frui prohibetur. Consequenter autem dicemus, ad res mobiles hoc interdictum non pertinere, si quis uti frui prohibitus est re mobili, nisi si rei soli accedebant (2) res mobiles. Si igitur ibi fuerunt, dicendum est, etiam ad eas referri hoc interdictum debere.

§ 16.—Item si non usufructus, sed usus sit relictus, competit hoc interdictum; ex quacunque enim causa constitutus est usufructus vel usus, hoc interdictum locum habebit.

§ 17.—Qui usufructus nomine qualiterqualiter fuit quasi in possessione, utetur hoc interdicto. Sed si quis, posteaquam prohibitus est, capite minutus sit vel mortuus, recte dicitur, heredibus et successoribus competere hoc interdictum, non ut in futurum constituatur usufructus, sed ut praeterita causa et damnum praeteritum sarciatur.

§ 18.—Heres quoque simili modo debet in factum actionem suscipere in id, quod ad se pervenit.

4. IDEM libro X. ad Edictum.—Si vi me deiecerit quis nomine municipum, in municipales mihi interdictum reddendum Pomponius scribit, si quid ad eos pervenit.

5. IDEM libro XI. ad Edictum.—Si rerum (3) tibi possessionem vi (4) tradidero, dicit Pomponius, Unde vi interdictum cessare, quoniam non est vi (5) deiectus, qui compulsus est in possessionem inducere.

§ 9.—Así, pues, podemos repeler con las armas al que viene con armas; mas esto inmediatamente, no después de un intervalo, con tal que sepamos que no solamente está permitido resistir, para no ser echado, sino que el que hubiere sido echado eche al mismo, no después de un intervalo, sino inmediatamente.

§ 10.—Cuando se presentó armado el procurador, se considera que su mismo principal echó con la fuerza de las armas, ya si lo mandó, ya si, como dice Juliano, lo ratificó.

§ 11.—Esto se ha de decir también en cuanto á la servidumbre, porque cuando sin mi se presenta armada la servidumbre, no se considera que me presenté yo, sino la servidumbre, á no ser que yo lo haya mandado, ó ratificado.

§ 12.—Este interdicto se propone contra el que con dolo malo hizo que alguno fuese echado con la fuerza de las armas; y se dará después de un año por cuanto fué á poder del que impidió.

§ 13.—Aparece que el interdicto *Unde vi* fué necesario para el usufructuario, si se le impidió usufructuar un fundo.

§ 14.—Mas se considera que prohibió usufructuar el que echó á la fuerza al que usaba y disfrutaba, ó el que no lo admitió, cuando hubiese salido del fundo no para abandonar el usufructo. Mas si al principio se lo impidió uno al que queria comenzar á usufructuar, no tiene lugar este edicto; luego ¿qué se dirá? Que debe el usufructuario reivindicar el usufructo.

§ 15.—Pero este interdicto se refiere á aquel á quien se le impidió usufructuar un fundo; y se referirá también al que se impide usufructuar edificios. Mas diremos consiguientemente, que este interdicto no se refiere á los bienes muebles, si á alguno se le impidió usufructuar una cosa mueble, á no ser que las cosas muebles fueran accesorias de una cosa raíz. Si, pues, estuvieron en ésta, se ha de decir, que también á ellas se debe referir este interdicto.

§ 16.—También compete este interdicto, si no se hubiera dejado el usufructo, sino el uso; porque cualquiera que sea la causa por la que se constituyó el usufructo ó el uso, tendrá lugar el interdicto.

§ 17.—El que á título de usufructo estuvo de cualquier modo como en posesión, usará de este interdicto. Pero si alguno hubiera sido disminuído de cabeza, ó hubiere fallecido, después que se le impidió, se dirá con razón que compete este interdicto á sus herederos y sucesores, no para que para lo futuro se constituya el usufructo, sino para que se resarza por la causa pasada y por el daño pasado.

§ 18.—El heredero deberá también soportar de igual modo la acción por el hecho por cuanto fué á poder de él.

4. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Si á la fuerza me hubiere echado uno en nombre de los municipales, escribe Pomponio, que se me ha de dar contra los municipales el interdicto, si algo fué á poder de ellos.

5. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Dice Pomponio, que si á la fuerza te hubiere yo entregado la posesión, deja de tener lugar el interdicto *Unde vi*, porque no fué echado á la fuerza el que fué compelido á poner á otro en posesión.

(1) fructu, *Vulg.*
(2) cedebant, *Vulg.*
(3) iterum por rerum, *Hal.*

(4) *Hal. Vulg.*; vi, *omitela el códice Fl.*
(5) vi, *considerase añadida por antiguos copistas.*

6. PAULUS libro XVII. ad Edictum.—In interdicto Unde vi tanti condemnatio facienda est, quanti intersit possidere; et hoc iure nos uti, Pomponius scribit, id est tanti rem videri, quanti actoris intersit (1); quod alias minus esse, alias plus; nam saepe actoris pluris interesse, hominem retinere, quam quanti is est, veluti quum quaestionis habendae, aut rei probandae gratia, aut hereditatis aedundae intersit eius, eum possideri.

7. IDEM libro XXIV. ad Edictum.—Quum a te vi deiectus sim, si Titius eandem rem (2) possidere coeperit, non possum cum alio, quam tecum, interdicto experiri.

8. IDEM libro LIV. ad Edictum.—Fulcinus dicebat, vi possideri, quoties vel non dominus, quum tamen possideret, vi deiectus est (3).

9. IDEM libro LXV. (4) ad Edictum.—Si plures heredes sunt, unusquisque non in amplius, quam ad eum pervenerit, tenetur. Qua de causa interdum in solidum tenebitur is, ad quem totum pervenerit, quamvis ex parte heres sit.

§ 1.—Deiectum ab usufructu in eandem causam Praetor restitui iubet, id est, in qua futurus esset, si deiectus non esset; itaque si tempore usufructus finitus fuerit, postquam deiectus est a domino, nihilominus cogendus erit restituere, id est usumfructum iterum constituere.

10. GAIUS libro II. ad Edictum Praetoris urbani, titulo de liberali causa.—Si de fundo proprietarium et (5) fructuarium praedo expulerit, atque ob id fructuarium constituto tempore non usus perdidit ius suum, nemo dubitat, quin dominus, sive experiat cum fructuario adversus praedonem, sive non experiat, retinere debeat reversum ad se usumfructum; et quod fructuarium perdidit, id ad damnum eius pertineat, cuius facto periit.

11. POMPONIUS libro VI. ex Plautio.—Vim facit, qui non sinit possidentem eo, quod possidebit, uti arbitrio suo, sive inserendo, sive fodiendo, sive arando, sive quid aedificando, sive quid omnino faciendo, per quod liberam possessionem adversarii (6) non relinquit.

12. MARCELLUS libro XIX. Digestorum.—Colonus eum, cui locator fundum vendiderat, quum is in possessionem missus esset, non admisit, deinde colonus vi ab alio deiectus est; quaerebatur, quis haberet interdictum Unde vi. Dixi, nihil interesse, colonus dominum ingredi volentem prohibuisset, an emtorem, cui iussisset dominus tradi possessionem, non admisit (7). Igitur interdictum Unde vi colono competiturum, ipsumque simili interdicto locatori obstrictum fore, quem deiecisse tunc videretur, quum emtori possessionem non tradidit,

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XVII.*—En el interdicto *Unde vi* se ha de hacer condena- ción por tanto cuanto interese poseer; y escribe Pomponio, que observamos este derecho, esto es, que se considera la cosa en tanto cuanto le importe al actor; porque en unos casos es más, y en otros menos; porque muchas veces le importa al actor más retener á un esclavo, que lo que éste vale, como cuando le importe poseerlo para someterlo al tormento, ó para probar algo, ó para adir una herencia.

7. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.*—Cuando por tí hubiera yo sido echado á la fuerza, si Ticio hubiere comenzado á poseer la misma cosa, no puedo ejercitar el interdicto contra otro, sino contra tí.

8. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LIV.*—Decía Fulcinio, que se posee á la fuerza siempre que fué echado á la fuerza el que, á pesar de no ser dueño, poseyese.

9. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXV.*—Si son muchos los herederos, cada uno estará obligado á no más que lo que hubiere ido á su poder. Por cuya causa estará á veces obligado á la totalidad aquél á cuyo poder hubiere ido la totalidad, aunque sea heredero de una parte.

§ 1.—El Pretor manda que el que fué echado del usufructo sea restituído en la misma causa, esto es, en la que habria de estar, si no hubiese sido echado; y así, si el usufructo se hubiere extinguido por el tiempo después que uno fué echado por el dueño, habrá de ser éste, sin embargo, obligado á restituirló, esto es, á constituir otra vez el usufructo.

10. GAYO; *Comentarios al Edicto del Pretor urbano, título de las causas sobre la libertad, libro II.*—Si un comprador hubiere expulsado del fundo al propietario y al usufructuario, y por esto hubiere perdido su derecho el usufructuario no habiendo usado de él el tiempo establecido, nadie duda que el dueño, ya ejercite con el usufructuario la acción contra el usurpador, ya no la ejercite, debe retener el usufructo que volvió á él; y lo que perdió el usufructuario va á perjuicio de aquél por cuyo hecho se perdió.

11.—POMPONIO; *Doctrina de Plautio, libro VI.*—Hace violencia el que no deja que el que posee use á su arbitrio de lo que poseyere, ya sea sembrando, ya cavando, ya arando, ya edificando alguna cosa, ya en general haciendo algo por lo cual no deja á su adversario libre la posesión.

12. MARCELO; *Digesto, libro XIX.*—Un colono no admitió á aquél á quien el arrendador había vendido el fundo, al ser éste puesto en posesión, y después el colono fué echado por otro á la fuerza; se preguntaba, quién tendría el interdicto *Unde vi*. Dije, que nada importaba que el colono hubiese impedido que entrase el dueño que quería entrar, ó que no hubiere admitido al comprador, á quien el dueño hubiese dispuesto que se le entregase la posesión. Así, pues, que le habrá de competir el interdicto *Unde vi* al colono, y que éste mismo habrá

(1) possidere, inserta Vulg.

(2) si quis vi eandem possessionem, Vulg.

(3) Br. considera est añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.

(4) Br. considera V. añadida por antiguos copistas, pero no así Taur.

(5) vel, Hal.

(6) Taur. según la escritura original; adversari, ó adversario, la corrección del código Fl., Br.

(7) Vulg.; admisit, el código Fl.

nisi forte propter iustam et probabilem causam id fecisset.

13. ULPIANUS *libro VIII. ad Sabinum.* — Neque Unde vi, neque aliud interdictum famosum est.

14. POMPONIUS *libro XXIX. ad Sabinum.* — Sed si vi armata deiectus es, sicut ipsum fundum recipis, etiamsi vi, aut clam, aut precario eum possideres, ita res quoque mobiles omnimodo recipies.

15. PAULUS *libro XIII. ad Sabinum.* — Si vi me deieceris, vel vi aut clam feceris, quamvis sine dolo et culpa amiseris possessionem, tamen damnandus es, quanti mea intersit, quia in eo ipso culpa tua praecessit, quod omnino vi deiecisti, aut vi, aut clam fecisti.

16. ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.* — In interdicto Unde vi dicendum est, ut eius (1) causa, quod ad patrem pervenit, ipse teneatur.

17. JULIANUS *libro XLVIII. Digestorum.* — Qui possessionem vi (2) ereptam vi in ipso congressu recuperat, in pristinam causam reverti potius, quam vi possidere intelligendus est; ideoque si te vi (3) deiecero, illico tu me, deinde ego te, Unde vi interdictum tibi utile erit.

18. PAPINIUS *libro XXVI. Quaestionum.* — Quum fundum, qui locaverat, vendidisset, iussit emtorem in vacuum possessionem ire; quem colonus intrare prohibuit; postea emtor vi colonum expulit; de (4) interdictis Unde vi quaesitum est. Placebat, colonum interdicto venditori teneri, quia nihil interesset, ipsum, an alium ex voluntate eius missum intrare prohibuerit; neque enim ante omissam (5) possessionem videri, quam si tradita fuisset emtori, quia nemo eo animo esset, ut possessionem omitteret propter emtorem, quam emtor adeptus non fuisset; emtorem quoque, qui postea vim adhibuit, et ipsum interdicto colono teneri; non enim ab ipso, sed a venditore per vim fundum esse possessum, cui possessio esset ablata. Quaesitum est, an emtori succurri debeat, si voluntate venditoris colonum postea vi expulisset. Dixi, non esse iuvandum, qui in datum illicitum susceperit.

§ 1.—Eum, qui fundum vindicavit ab eo, cum quo interdicto Unde vi potuit experiri, pendiente iudicio nihilominus interdicto recte agere placuit.

19. TRYPHONINUS *libro XV. Disputationum.* — Merito Iulianus respondit, si me de fundo vi deieceris, in quo res moventes fuerunt, quum mihi

(1) Interdicto Unde vi uti potes, si a filiofamilias deiectus es, ut et eius, *Vulg.*
(2) sibi per vi, *Vulg.*
(3) vi, *considerase añadida por antiguos copistas.*

de quedar obligado por el interdicto al arrendador, á quien se considera que lo echó al no entregar la posesión al comprador, á no ser acaso que esto lo hubiese hecho por justa y plausible causa.

13. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro VIII.* — No es infamante ni el interdicto *Unde vi*, ni otro alguno.

14. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXIX.* — Mas si fuiste echado con la fuerza de las armas, así como recobras el mismo fundo, aunque lo poseyeras á la fuerza ó clandestinamente ó en precario, así también recobrarás en todo caso las cosas muebles.

15. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XIII.* — Si me hubieres echado á la fuerza, ó hubieres obrado con violencia ó clandestinamente, aunque hayas perdido la posesión sin dolo y sin culpa, has de ser, sin embargo, condenado en cuanto me interese, porque precedió tu culpa por lo mismo que me echaste ciertamente á la fuerza, ú obraste con violencia ó clandestinamente.

16. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* — Se ha de decir, que en el interdicto *Unde vi* está el padre obligado por causa de lo que fué á poder del mismo.

17. JULIANO; *Digesto, libro XLVIII.* — Se ha de entender, que el que por la fuerza recupera en la misma contienda la posesión que se le quitó á la fuerza, más bien vuelve á su primitivo estado, que no que posee por fuerza; y por esto, si yo te hubiere echado á la fuerza, é inmediatamente tú á mí, y luego yo á ti, tendrás el interdicto útil *Unde vi*.

18. PAPINIANO; *Cuestiones, libro XXVI.* — Habiendo vendido un fundo el que lo había dado en arrendamiento, dispuso que el comprador entrase en la vácuca posesión; el colono le impidió entrar; después el comprador echó á la fuerza al colono; se pregunta respecto á los interdictos *Unde vi*. Se determinó, que el colono estuviera obligado por el interdicto al vendedor, porque nada importaba que hubiere impedido que entrase este mismo ú otro, enviado por voluntad de él; porque no se considera perdida la posesión antes que le hubiese sido entregada al comprador, porque nadie tendría la intención de perder por causa de un comprador la posesión, que el comprador no hubiese adquirido; y también el mismo comprador, que después empleó la fuerza, está obligado por el interdicto al colono; porque el fundo fué poseído por fuerza, no por el mismo, sino por el vendedor, á quien se le habría quitado la posesión. Se preguntó, si se le deberá auxiliar al comprador, si con la voluntad del vendedor hubiese expulsado después á la fuerza al colono. Dije, que no ha de ser auxiliado el que hubiere aceptado un mandato ilícito.

§ 1.—Se determinó que el que reivindicó un fundo de aquel contra quien pudo ejercitar el interdicto *Unde vi*, ejercitaba válidamente el interdicto á pesar de estar pendiente el juicio.

19. TRIFONINO; *Disputas, libro XV.* — Con razón respondió Juliano, que si á la fuerza me hubieres echado de un fundo, en que había bienes semo-

(4) *Br. considera de añadida por antiguos copistas; Taur. omite de según Br.*
(5) *amissam, Hal. Vulg.*

interdicto Unde vi restituere debeas non solum possessionem soli, sed et ea, quae ibi fuerunt, quamquam ego moram fecero, quominus interdicto te convenirem, subtractis tamen mortalitate servis, aut pecoribus aliisve rebus causa interdictibus, tuum tamen onus nihilominus in iis restituendis esse, quia ex ipso tempore delicti plus quam frustrator debitor constitutus es (1).

20. LABEO (2) libro III. Pithanon a Paulo epitomatorum.—Si colonus tuus vi deiectus est, ages Unde vi interdicto. Idem si inquilinus tuus vi deiectus fuerit. Paulus: Idem dici potest de coloni colono, item inquilini inquilino.

TIT. XVII [XVI]

UTI POSSIDETIS

[Cf. Cod. VIII. 6.]

1. ULPIANUS libro LXIX. ad Edictum.—Ait Praetor: UTI EAS AEDES, QUIBUS DE AGITUR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, QUO MINUS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO. DE CLOACIS HOC INTERDICTUM NON DABO; NEQUE PLURIS, QUAM QUANTI (3) RES ERIT, INTRA ANNUM, QUO PRIMUM EXPERIUNDI POTESTAS FUERIT, AGERE PERMITTAM.

§ 1.—Hoc interdictum de soli possessore scriptum est, quem potiorum Praetor in soli possessione habebat (4); et est prohibitorium ad retinendam possessionem.

§ 2.—Huius autem interdicti proponendi causa haec fuit, quod separata esse debet possessio a proprietate; fieri etenim potest, ut alter possessor sit, dominus non sit, alter dominus quidem sit, possessor vero non sit; fieri potest, ut et possessor idem et dominus sit.

§ 3.—Inter litigatores ergo quoties est proprietatis controversia, aut convenit inter litigatores, uter possessor sit, uter petitor, aut non convenit. Si convenit, absolutum est; ille possessoris commodo, quem convenit possidere, ille petitoris onere fungetur. Sed si inter ipsos contendatur, uter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, tunc, si res soli sit, in (5) cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur.

§ 4.—Est igitur hoc interdictum, quod vulgo Uti possidetis appellatur, retinendae possessionis; nam huius rei causa redditur, ne vis fiat ei, qui possidet. Et consequenter proponitur post interdictum Unde vi; illud enim restituit vi amissam possessionem, hoc interdictum tuetur, ne amittatur possessio. Denique Praetor possidenti vim fieri vetat, et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur. Et, tu Pedius ait, omnis de possessione controversia aut eo pertinet, ut, quod non possidemus, nobis restituatur, aut ad hoc, ut retinere nobis liceat quod possidemus. Restitutae (6) pos-

(1) Hal. Vulg.; est, el códice Fl.

(2) Iavolenus, Vulg.

(3) EA, insertan Hal. Vulg.

(4) Taur. según la escritura original; habeat, la corrección del códice Fl., Br.

vientes, como debes restituirme por el interdicto Unde vi no solamente la posesión del suelo, sino también lo que en él había, aunque yo hubiere sido moroso para demandarte por el interdicto, sin embargo, habiendo fallecido los esclavos, ó perecido casualmente los ganados ú otras cosas, será, esto no obstante, carga tuya restituir estas cosas, porque desde el mismo instante del delito te constituiste más bien en deudor que en entorpecedor.

20. LABEON; Dichos recopilados por Paulo, libro III.—Si tu colono fué echado á la fuerza, ejercitarás el interdicto Unde vi. Lo mismo es si un inquilino tuyo hubiere sido echado á la fuerza. Y dice Paulo: lo mismo se puede decir respecto al colono de un colono, y también en cuanto al inquilino de un inquilino.

TÍTULO XVII [XVI]

DEL INTERDICTO «UTI POSSIDETIS»

[Véase Cod. VIII. 6.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXIX.—Dice el Pretor: «Vedo que se haga violencia para que no poseais, como las poseeis, las casas de que se trata, y que no poseeis uno por otro con violencia, ni clandestinamente, ni en precario. No daré este interdicto respecto á las cloacas; y no permitiré que se ejercite esta acción por más que por cuanto importare la cosa, dentro del año, desde el primer momento en que haya habido posibilidad de ejercitarla».

§ 1.—Este interdicto fué escrito respecto al poseedor del suelo, á quien el Pretor tenia como preferente en la posesión del suelo; y es prohibitorio, para retener la posesión.

§ 2.—Mas la causa de proponer este interdicto fué, que la posesión debe estar separada de la propiedad; porque puede suceder, que uno sea poseedor, y no sea dueño, y que otro sea ciertamente dueño, y no sea poseedor; y puede suceder que el mismo poseedor sea también dueño.

§ 3.—Luego siempre que entre los litigantes hay controversia sobre la propiedad, ó se conviene, ó no se conviene, entre los litigantes cuál de los dos sea poseedor, y cuál demandante. Si se conviene, la cuestión está resuelta; disfrutará las ventajas de poseedor el que se convino que poseyera, y el otro tendrá la carga del demandante. Mas si se contendiese entre los mismos sobre cuál de los dos poseerá, porque el uno ó el otro afirma que posee con mejor derecho, en este caso, si fuera inmueble la cosa, sobre cuya posesión se contiende, serán remitidos á este interdicto.

§ 4.—Es, pues, este interdicto, que vulgarmente se llama Uti possidetis, de retener la posesión; porque por causa de esto se da el interdicto de que no se le haga violencia al que posee. Y consiguientemente se propone después el interdicto Unde vi; porque aquél restituye la posesión perdida á la fuerza, y este interdicto ampara para que no se pierda la posesión. Finalmente, veda el Pretor que se le haga violencia al que posee, y aquel interdicto combate al poseedor, y éste lo ampara. Y, como dice Pedio, toda controversia sobre la posesión se refiere ó á que se nos restituya lo que poseemos, ó

(5) de, Hal. Vulg.

(6) restituendae, Hal.

sessionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem. Retinendae itaque possessionis duplex via est, aut exceptio, aut interdictum; exceptio datur ex multis causis ei, qui possidet.

§ 5.—Perpetuo autem huic (1) interdicto insunt haec: quod nec vi, nec clam, nec precario ab illo possides (2).

§ 6.—Interdictum autem possessorem praedii tuetur, quod est Uti possidetis; actio enim nunquam ultro possessori datur, quippe sufficit (3) ei, quod possideat.

§ 7.—Hoc interdictum locum habet, sive quis totum fundum possidere se dicat, sive pro certa parte, sive pro indiviso possideat.

§ 8.—Hoc interdictum in omnibus etiam possessionibus, quae sunt soli, sine dubio locum habebit, dummodo possideri possit.

§ 9.—Quod ait Praetor in interdicto: «nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis», hoc eo pertinet, ut, si quis possidet vi, aut clam, aut precario, si quidem ab alio, prosit ei possessio, si vero ab adversario suo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo possidet, vincere; has enim possessiones non debere proficere, palam est.

2. PAULUS (4) libro LXV. ad Edictum.—Iusta enim, an iniusta adversus ceteros possessio sit, in hoc interdicto nihil refert; qualiscunque enim possessor hoc ipso, quod possessor est, plus iuris habet, quam ille, qui non possidet.

3. ULPIANUS (5) libro LXIX. ad Edictum.—Si duo possideant in solidum, videamus, quid sit dicendum; quod aliter procedat, tractemus. Si quis proponeret possessionem iustam et iniustam; ego possideo ex iusta causa, tu vi, aut clam; si a me possides, superior sum interdicto, si vero non a me, neuter nostrum vincetur, nam et tu possides, et ego.

§ 1.—Hoc interdictum duplex est; et hi, quibus competit, et actores, et rei sunt.

§ 2.—Hoc interdictum sufficit ei, qui aedificare in suo prohibetur; etenim videris mihi possessionis controversiam facere, qui prohibes me uti mea possessione.

